



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/325038>

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI FRANCISCI SUERMAN,

MED. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

*Pro Gradu Doctoratus*

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,


RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CORNELIUS GEORGIUS HOOGVEEN,

RHENO-TRAJECTINUS.

A. D. XXIV M. JUNII, A. MDCCCXLVII, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,

APUD KEMINK ET FILIUM TYPOGR.

MDCCCXLVII.

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

OF THE

AMERICAN PEOPLE

FROM 1776 TO 1876

BY

W. H. CHAPMAN

AND

W. H. CHAPMAN

AND

W. H. CHAPMAN

AND

W. H. CHAPMAN

AND

W. H. CHAPMAN

AND

W. H. CHAPMAN

AND

W. H. CHAPMAN


AND

W. H. CHAPMAN

AND

W. H. CHAPMAN

## THESES JURIDICAE INAUGURALES.



### I.

Si legatario res sua legatur, licet testator vel extraneus in ea servitutem vel pignoris ius habeat, legatum non valet.

### II.

In L. 7. pr. Dig. de capite minutis lectionem Florentinam non posse defendi et «*Tutelas etiam amittit capitis minutio, exceptis his, quae in jure alieno personis positae deferuntur*» legendum esse existimo (vid. Puchta Pand. § 345. e.).

### III.

Usurae pecuniae numeratae, uti in bonae fidei ita in stricti juris judiciis, debentur inde a lite contestata.

IV.

Illae usurae non debentur si obligatio non est liquida.

V.

Probanda non est Mühlenbruchii sententia § 372, in bonae fidei iudiciis usuras praestandas esse temporis iudicati, si jam ante iudicium susceptum in mora fuerit.

VI.

Contractus bonae fidei, propter dolum causam dantem, non ipso jure sunt nulli (Neustetel).

VII.

Si merces, quae in navigatione perierunt, propter culpam magistri in aliam navem translatae fuerint, damnum ad debitorem nautici foeneris *non* pertinet.

VIII.

Servaticum quod propter *riscossam* (si *riscuotitur*) datur, ad avariam communem pertinet.

IX.

Heres mercatoris jusjurandum de credulitate mercatori, praestare non tenetur.

X.

Probanda non est sententia Clar. van Hall, adsecurationem origine batavam esse.

XI.

Probatio per mercatorum codices in art. 10 Cod. Merc. nimis est restricta.

XII.

Redemptor operis non est mercator.

XIII.

Si res quam socius societati debet ante collationem periit, non semper societas dissolvitur nec obstat art. 1685 C. C. B.

XIV.

Art. 1985 C. C. B. spectat praescriptionem non usucapionem.

XV.

Rei mobilis, nisi furtivae vel perditae, vindicatio locum non habet.

XVI.

Art. 1191 C. C. B. obstat art. 1302.

XVII.

Arbitrio iudicis relictum est statuere, num adsit obligatio naturalis, quae impediatur conditionem indebiti.

XVIII.

Conatus mediis absolute inefficacibus puniri nequit.

## XIX.

Gratiam damnatus recusare potest.

## XX.

Bigamia non est delictum continuum.

## XXI.

Conatus subornationis testium puniri potest.

## XXII.

Leges de ordine judiciorum criminalium quae valent tempore rei iudicandae, applicandas esse, non vero eas, quae vigent tempore criminis perpetrati defendo.

## XXIII.

Laudandus legislator Francicus, quod admisit, probationem convicii, quo facta iis, qui munere publico fungantur, ipsorum munus spectantia imputantur, quoquo modo fieri posse.



